dignum pro innumeris & inmensis be-
nificiis reddebat interdum obsequiū
sc̄itatis dum beneficiorum interris posi-
ta non poterat uidere largitorem; Et
ideo hodie dilectissime eleuatur sup̄
choros angelorum ut possit speciem
uultumq; uidere saluatoris quem ama-
uerat quem concupierat ex toto desi-
derio cordis; Qd̄ si gaudiū sit in caelo
de quolibet peccatore conuerso multo
magis putandum p̄ tantae uirginis ex-
altatione & gl̄a qd̄ exultatio sit in su-
pernis; Cuius nimirum festiuitatis
omniū supernorum ciuium ē gratula-
tio presertim quia eius caelebritas
laus & fauor ē saluatoris; Unde cre

dimus ut supra dictū ē. quod non
 hunc tantum diem sollemnem ducunt
 p̄ eius honore annuum. uerum continu-
 um. & iam & eternum iocunditatis ac
 laetitiae uenerationis obsequio. cum om-
 ni colunt tripudio amoris & gaudii.
Nec immerito igit̄ omnis illa caelestis
 ciuitas. congratulatur & ueneratur matrem
 cuius super se adorat filium regem. ante
 quem tremunt potestates. & curuatur om-
 ne genu. De huius nimirum ad caelos
 ascensione. multo admirantis intuitu
 secretorum contemplator caelestium
 in canticis sequit̄. **Q**uidi inquit speciosa
 ascendente quasi columbam. ascen-
 dentem de super riuos aquarum;
Et uere speciosa quasi columba. quae

illius speciem columbae ac simplicita-
tem premonstrabat. quae super dñm
uenit & docuit iohannem. quod hic
ē qui baptizat. Et bene desuper ri-
uos aquarum. quia super aquam re-
fectionis educauerat eam dñs & nutri-
erat. ex qua multa deducta riuus om-
nem irrigant terram deliciarum. & in-
fundunt ortum uoluptatis. ex quib.
cotidie lota & perfusa beata dī geni-
trix. ascendit hodierna die speciosa
ualde & admirabilis. Cuius odor in-
aestimabilis erat nimis. & ideo ineffa-
bilis. ad cuius pfecto fragrantiam o-
doris omnis illa caelestis hierusalem
lacta decurrit. quam circumdabant
flores rosarum & lilia conuallium.

eo quod omnes animae martyrio ru-
 bricatae: eam aeternae dilectionis com-
 plectantur amplexibus & uirginitatis
 splendore candidatae: ac si lilia in ualle
 humilitatis enutrite: circumdant eam
 uenerationis gr̄a obsequentes; Recte
 igitur quoniam beata dī genitrix &
 uirgo fuit: quamuis in pace uitam fi-
 nierit. Hinc quoque quod uere passa sit:
 symeon propheta loquens ad eam:
 Et tuam inquit animam pertransibit
 gladius; Ex quo constat: quod alināq;
 sc̄i & passi sunt pro xp̄o in carne: tam
 in anima quia immortalis ē pati n̄
 potuerunt; Beata uero dī genitrix:
 quia in ea parte passa ē quae impas-
 sibilis habetur: ideo ut ita fatear.

quia spiritualiter & atrocius passa ē gla
dio passionis xpi. plusquam martyr
fuit; Unde constat. quia plus omnib.
dilexit. propterea & plus doluit. intan
tum. ut animam eius totam pertransi
ret & possideret uis doloris. ad testimo
nium eximiae dilectionis; Quae quia
mente passa ē. plusquam martyr fuit;
Nimirum & eius dilectio. amplius fortis
quam mors. quia mortem xpi suam
fecit; Nunc autem circumdant eam
flores rosarum. indefinenter eius admi
rantes pulcritudinem inter filias hie
rusalem. in qua posuit rex thronum
suum. quia concupiuit eius speciem
ac decorem; Fuit enim plena caritate.
& dilectione. idcirco sequit̃ post eam

purpuratorum exercitus. candidatorum
 greges; Quasi diligenter aspicias. nihil
 uirtutis est. nihil speciositatis. nihil candori
 gloriae. quod ex ea non resplendeat;
 Et ideo bene circumdant eam flores rosa
 rum. & lilia conuallium. ut uirtutes uir
 tutibus. fulciantur. & formositas decore
 castitatis augeatur; Nam omnis splendor
 & gloria. quanto illustretur fulgore suo
 sublimius. tanto apparet prestantior
 claritate quorumlibet subiectorum. & ex
 imior predicatur; Sic & beata dei genitrix.
 cuius plantatio ac si rosae in hiericho spe
 cialius refulsit. & candor uirginitatis splen
 didius entuit. circumdata officio carita
 tis. submittitur sanctorum claritas. ut eius
 amplior gloria commendetur. quae

super angelorum choros eleuata. iam beatif-
sima predicatur; Nam angelorum quam-
uis celsior natura sit. non tamen gra-
maior. quia & ipsi gratuita gra-
ruerent sunt saluati; Unde dauid. Verbo
dñi caeli firmati sunt. & spū oris eius om-
nis uirtus eorum; Qd si spū dī omnis
uirtus eorum. constat beatam & glori-
osam uirginem. inquam super uenit
sp̄s sc̄s. & d̄s totus illapsus. portatur no-
uem mensib. in utero. ampliora p me
ruisse uirtutum priuilegia. & percepis-
se gram. ab angelis & iam conlaudatam;
Unde & si mirabilis ē eorum uirtus. & fir-
mitas perpetuitatis. mirabilior tamen
in maria. quam ob umbravit uirtus
altissimi. ut ultra omnē uirtutem sit

angelicā quod factū ē in ea' & admira-
 bile cunctis saeculis sacramentum' ac p[er]
 hoc & iam angelis exinde maior prestāt
 grā. cum instaurantur ab eo omnia. quē
 uenerantur & adorant super se xp̄m re-
 gem dñm natum ex eadem uirgine.

Hinc & maria cunctis tanto uenerabilior.
 quanto gratiosior' & quanto uirtute
 altissimi extollitur ad sublimia. tanto
 clarior resultat in gloria; Plena siqui-
 dem grā. plena dō. plena uirtutib. non
 potē non possidere pleniter gloriā clari-
 tatis aeternae. quam plenissime acce-
 pit. ut mater fieret saluatoris; Quam ui-
 derunt omnes filiae syon. & beatā dixē-
 runt. ac regine laudauerunt eam.
 quoniam tantam eam uiderunt. quan

tam nullus narrando explebit mortaliū.
quantomagis dñm. qui talem actantam fe-
cit eam. ut ipse fieret per eam; Unde da-
uid. Et homo inquit natus est in ea. et ip-
se fundavit eā altissimus; Beata igitur talis
actanta natiuitas. beata et supernorum
cuiuum societas. et admirabilis caritatis eo-
rum unanimitas. ubi nemo angelorum.
nemo archangelorum. non dico beatae
marie uirginis. uerum neque alicuius scō-
rum inuidet gloriam. sed totum in altero
unus quisq. possidet. quod gratis presta-
tur in omnib. ut de omnib. & in omnib.
glorificetur dñs. honoretur. & adoretur
ab omnib. Vbi non sexus. non aetas.
non dignitas generis. sed meritorum
qualitas sola discernitur. ubi plurimū

stella ab stella differt in claritate. quā
 uis omnes in suo sint ordine suscitandi;
 Quod si ē alia claritas solis. & alia clari-
 tas lunae. & alia claritas stellarum
 una tamen claritas ē. qua illustrantur
 omnia; Idcirco beata dī genitrix. quae
 ad huc tantis in terra predicatur laudi-
 bus. non immerito creditur hodierna
 die exaltata. & clarificata. quantum
 nouit ille. qui eam elegit. in sua sapi-
 entia. et disponit omnia; Quod si in
 domo patris mansiones multae sunt.
 credimus splendidiore hodie filium
 prestitisse. quam sibi olim aedificauit
 domum subnixam columnis septem;
 In qua nimirum domo. parantur nup-
 tiae aeclesiarum dī. & foederant̃ terrenis

caelestia; In eo namq; utero uirginis spon
so immortalis uirginitas consecratur. ut sit
totum aeclesiae commercium; Et ideo ka
rissime celebrantes sollempnit̃ uirginis festū.
quae caelestem uobis uitam interris osten
dit. quoniam qui non nubent neq; nu
bentur. erunt sicut angeli in caelo; Nec
mirum si angelis comparatur uirginitas.
quae angelorum dño foedere copulatur
nuptiarum. & si quaelibet uirginitas
tantum erigitur. ut angelis comparetur.
multo magis beata & gloriosa uirgo.
quae singulari commendatur priui
legio. & immenso ditatur mercimonio;
Idcirco dilectissime amate quam coli
tis. quia tunc eam uere colitis & amatis.
si imitari uelitis de toto corde quam

laudatis; Haec namq; uita nobis de caelo
 fluxit. quam p fesse estis; Supra usum na-
 turae ē haec uita quam tenetis. & ideo de
 caelis uenit sponsus. quem sequi una cū
 matre debetis; Nec immerito uiuendi
 usum de caelo quaesistis. quae uobis de
 caelo sponsum petistis; Ideo ūra conuersa
 tuo in caelis sit semper. quonia uerbū
 dī quod amatis. non nisi in sinu patris
 inuentur; Licet igitur ubiq; totus sit
 & non longe ab unoquoq; n̄rum. tamen
 non nisi casto rursus hauritur pectore;
 Prope enim inquit moyses. in corde tuo.
 & in ore tuo. tantum eum recto si que-
 siens corde; Ninguentū enim exinan-
 tum ē nomen eius; Propterea ac si ado-
 lescentule diligite animo. qđ p uobis

effusum ē; Habetis namq. sponsum. uirgi-
nem uirginitatis. & castitatis amatorem; Qui
matrem uirginem ideo elegit. ut ipsa
esset exemplum castitatis. quae quasi
in speculo refulget forma uirtutis; Habe-
tis igitur in ea magisteria probitatis ex-
pressa. qd primum eligere. quid res-
puere. qd sequi debeatis; Prima eius
uirtus ē. fundamentum omnium uirtu-
tum & custos humilitas ipsa. de qua glori-
atur. Quia respexit inquit humilitatem
ancillae suae. ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes; Ergo
primum discendi incitamentum. nobi-
litas ē magistri. deinde merces laboris
optimi. fructus humilitatis; Qd igitur
nobilius matre dñi. qd splendidius ea.

quā splendor elegit paternae glae.
 quid castius. quae corpus xp̄i. sine con-
 tagione corporis generauit. et tamen
 in eam solam humilitatem respexisse
 dñm p̄fitetur. quae custos ē ceterarum
 uirtutum; Collocauerat enim intuto sta-
 tionis portu. sublimia meritorum su-
 orum exercitia. & ideo diuinitus illus-
 tratur. Unde dñs. Ad quem respiciā
 nisi ad humilē & quietum. ac tremen-
 tem sermones meos. Fecit enim qđ
 p̄ miserat. & respexit humilitatem ancil-
 lae suae; Unde & beata iā ab omni se-
 culo dicitur; Idcirco & uos ofiliae. si
 uere uirgines esse uultis. humilitatem
 sectamini. & matrem dñi. quae se an-
 cillam uocat. corde amoris imitari

procurate; Quae didicit sponso. cui uos
deuouistis humilitatem quam uos ex se
docuit; Unde ait idem. Discite a me quia
mitis sum. & humilis corde; Non ergo
beata di genitrix. a filio suo dño nro di
dicit caelos fabricare. non angelos cre
are. n̄ miracula ditatis insignia operari.
sed tantum humiliari. ceteraq; uirtu
tum documenta. intra humilitatis cus
todiam agregare; Unde cum ea semp
singularum uirtutum pudicitia comes
in remota mansit. quia omnino pudor
indiuuius uirginitati esse debet. si
ne quo recte castitas uera seruari n̄ po
tē; Numquā igitur beata maria sine
pudoris sui custode processit. Et ideo
si placet uobis karissime talis ac

tanta uirgo placeat. & opus uirtutis. cui
 uita omnium disciplina ē. cuius mores
 instituta ecclesiarum. quae precellit
 cunctis. super eminent uniuersis; Prop
 terea quaecumq. uirgo sibi ab ea optat
 praemium. & implorat auxilium. de
 bet imitari exemplum; Rogo uos o uir
 gines. rogo & uiduae. imitamini pau
 lam matrem uiduam. exemplar conti
 nentiae & castitatis. imitamini eusto
 chium. quam habetis uobiscum uirgi
 nem & formam perfectae integritatis;
 Quod si minus in illis ē quam in ma
 tre dñi. immo quia ē. habetis ple
 foecundam & uirginem perpetuam.
 quia sicut incomparatione dī nemo
 bonus. ita & in comparatione matris

dñi. nulla inuenitur perfecta. quam
uis uirtutib. eximia compbetur; Unus est
pater ur qui in caelis e. unus & magister.
una e & forma uirginitatis in maria;
Cui uos omnes. ut in imaginem reformetis
integritatis. faciem in primere debetis
in sculptura sps sci. quoniam haec est
ortus conclusus. fons signatus. puteus
aquarum uiuentium; Ad quam nulli
potuerunt doli irrumperere. nec preua
luit fraus inimici. sed permansit sca
mente ac corpore. multis donorum
priuilegiis sublimata; Idcirco hanc imi
tamini morib. sequimini castitate. huius
implorate auxilium; Qd si me qui alta
loquor. praesumptionis uelit arguere
inuidorum aliquis. qd uobis scripserim.

arguat caritatem atq. dilectionē. quia ro-
 gantib. uobis. ne hoc quidem in expertis
 iudicavi negandum; Malui enim excipe-
 re ruborem pudoris. quam non exequi
 iussionem ūram. quarum precibus non
 numquam dñ noster ob oedire uidetur.
 presertim cum habeatis uobiscum. quas
 imitari uirtutis ē. cum quib. discere
 potestis. affectum a me potius quā ma-
 gisterium. quod ad laudē huius diei re-
 quisistis; Unde excusare non debui pp-
 ter obseruantiam grauitatis. ne imperti-
 rem deuotioni ūrae quae mandastis;
 Qd si docere nequiui. saltem ad laudem
 tantae uirginis. exhortari omnino cu-
 rari. quatinus non deessem uobis que
 diligitis. in die tantae festiuitatis. sed

iungerer precib. iungerer uotis. quomo
do mente ad ea uobiscum eleuari me
rear. uris suffragantib. meritib. ad quae
peruenit beata & intemerata uirgo maria.
E cce hodierna die ad illum preclaru
ac splendidum thronum archangelor.
ipsa per humilitatem. per integritatem
carnis ascendit. unde intemperantia oli
eximios archangeloru & superbia deie
cit. Qua ppter gaudete. gaudete in qua.
quia uobis uia patefacta e caelorum.
Quamuis enim nobis eadem promittan
tur. uobis tamen iam prestita sunt.
quae cum angelis incorruptione serua
tis. Quae licet de hoc mundo stis. fa
uente do iam in hoc mundo non estis.
quia & si saeculum uos habere meruit.

tenere omnino non potuit; Beata itaq.
 maria hodie iam ab omnibus gentibus
 longe lateq. predicatur & uobis q. uae
 secutae estis exemplum tantae uirginis
 beatitudo condonatur caelestis. quas n̄
 in lecebrae sollicitant corporis. non col
 luuiio precipitat uoluptatis. non aestus
 inflammant in centuae carnis. immo
 angelica imitatio delectatur interris
 quorum in futuro aequalitas repro
 mittitur in caelis. Beatae igitur estis fi
 liae. sed & beatae uiduae. quae caeli
 bem uobiscum in xp̄o ducunt uitam.
 quia secundum aptum liberate ale
 ge uiri. sic permanserunt. Beatior
 inquit erit si sic permanserit. scdm
 meum consilium. Puto enim ait.

quod & ego sp̄m dī habeam. euidenter
uolens exprmere quid sit inter eam.
quae adhuc iuncta ē lege uiro. & in
ter eam quae iam soluta uinculo beator
predicatur. Quod si utraq. beata quia
in xp̄o. beator tamen quaecumq. iam
soluta ē & caelestia sectatur. Ideo uiduae
semper uirginib. bene copulantur. ut
ait ap̄ts. Mulier innupta & uirgo. co
gitat quae sunt dñi. ut sit sc̄a & cor
pore & sp̄u. Quodammodo enim ma
gisterium uirginitatis. uiduarum glis
cit & confortatur exemplis. quae cum
uiris castum seruarunt conubium.
docent integritatem magis uirginib.
dō seruandam. & quod p̄ p̄modū
non inferioris uirtutis ē. a coniugio

abstinere delectauerit. quam coniugii
 delectamenta nescire. In utroq. si qui
 dem gradu fortitudo laudatur. & pre
 dicatur uirtus caelestis uitae. Idcirco
 cognationem iam in xpo uterq. ordo
 fortitur. Unde dñs. Siquis fecerit
 inquit uoluntatem patris mei qui in
 caelis ē. ipse meus frater. soror & mater
 ē. Ubi non sexus. non condicio non
 aetas discernitur. sed qui fecerit inquit
 uoluntatem patris mei qui in caelis ē.
 Unde quia libera facultas cunctis p̄
 statur. estote karissime ad quod uos
 xpi gr̄a uocauit. Estote matres xpi
 ac sponse. estote sorores ac p̄pinque
 quia quod carne non potuistis. gr̄a
 totum condonatum ē uobis. Et ideo

diligite matrem dñi. que uobis sponsum
genuit immortalem. cuius & uobiscum
soror ē ipsa. quia uoluntate patris fe-
cit. ut esset mater. p̄p̄inqua quidem
uobis. non carne sed sp̄u. ut unitas ē
mendetur aeclesiae. & societas corpo-
ris xp̄i intellegatur. Ex quo dñs. Volo
pater. quia ego et tu unum sumus. ut
et ipsi in nobis unum sint. Quae p̄fec-
to unitas. per unum mediatorem dī
& hominū efficitur. Facite ergo uolun-
tatem patris & uos. ut unum esse pos-
sitis. Ornate lampades ur̄as. occurri-
te sponso. quia iam ad ostium pul-
sat. & matrem si eam diligitis sequi
mini. Intus autem parate & ornate
lampades ur̄as. quia filiae regis estis.

O mnis ergo gloria ūra ab intus sit. & in
 tus habete quod foris luceat. ne forte
 inter has sollemnitates. priusquam spon
 sus ueniat extinguantur. Nam caelebri
 tas huius diei. non nisi accensis lampa
 dibus intus & foris recte colitur. Ideo
 emendum ē oleum dum uacat. nec ū
 sponsus uenerit. quod absit uacuae
 inueniamini. Propterea quae sursum
 sunt sapite. ubi beata peruenit uirgo.
 & non quae super terram. quia ūra
 conuersatio. si estis iam quod uouistis.
 in caelis fore debet. Illuc dirigite men
 tem. illuc abscondite uitam ūram. do
 nec furor pertransit dñi. quo beata dī
 genitrix hodie peruenit. Ibi namq. ha
 betis sponsum. ibi pontificem. ibi om

nia quaecumq. quaesistis. Illuc dirigite
mentem. ut cum xpc uirginis filius ap
paruerit in fine sc̄i. cum ipso & uos ap
pareatis in gloria.

INCIPIT SERMO BEATI AMBROSII

S **IN PURIFICATIONE S. MARIAE.**

SI SUBTILITER A FIDELIBUS QUAE
sit huius diei festiuitas perpendat̄.
eo deuotionis affectu caelebrandam
suscipient. quo dominicae natiuitatis.
circumcisionis atq. apparitionis sol
lemnia sunt obsecuti. Illius enim ista
sollemnitas ē cuius et ille. sed nec minor
ista quam illae. Quod utiq. in hoc

sermone apertis monstrabimus documen-
tis. Huius quippe diei sollemnitas sicut
a quibusdam xpianis ignoratur. sic a mul-
tis p̄ceteris anni sollemnitatib. hono-
rator habetur. maxime autem eo loco.
quo primatum aeclesia catholica in
primo pastore sortita ē. In tanta enim
reuerentia ab illis habetur. ut ea die
cuncta ciuitatis turba in unum collecta
inmensis cereorum luminib. coruscans.
missarum sollemnia concelebrent.
nullusq. aditum publicae stationis in-
tret. qui lumen manu non tenuerit.
Tamquam scilicet dñm in templo ob-
laturi. Immo etiam suscepturi. lumen
fidei quo interius fulgent. exterius ob-
lationis suae religione demonstrent.

odie namq. iuxta legem atq. euuan
gelium. peractis anatiuitate xpi qua
draginta dieb. in templo e idem dñs
a parentibus presentatus. hodie ascō
symeone susceptus. patriq. cum sacris
munerib. oblatus. hodie redemptio
nem israhel expectantib. ab eodem
symeone & anna publice p redicatis.

O quam pium spectaculum. quo non
nisi pu delectari pbantur. Stat hinc
uirgo & mater non cuiuscumq. sed
di. suscipit hinc infantulus paruulus
filius uirginis. cuius diuinitatem non
capit mundus. Occurrunt hinc inde
pphete. atq. uterq. sexus de puero p
phetat. Offeratur oblatio p puero. non
tamen quae delicta emundet. sed

quae sacramenta declaret. Et quia
 huius diei preconium attollere cu-
 pio. libet ipsam aeuuangelicam lec-
 tionem conloquendo transcurrere. in
 qua ista narrari cognosco. quatinus ad
 ea quae dico illa responde^{at.} immo
 ad ea illa quae narrat. uox exhortatio-
 nis meae responde^{at.} O enique lucas
 aeuuangelista ueritatis historiam de
 xpi incarnatione plenius atq; ordi-
 natius caeteris aeuuangelistis ex-
 sequens. post adnunciationem eis
 ab angelo factam. post natiuitatem
 angelorum uocib; declaratam. post
 circumcisionem octauu diei in domo
 parentum. haec in ordine sequitur
 dicens. Postquam impleti sunt

dies purgationis matris eius. scdm
legem moysi. tulerunt illum in ihe
rusalem. ut sisterent illum dño. sicut
scriptum ē in lege dñi. quia omne
masculinum adaperiens uulua scdm
dño uocabitur. Cunctis fidelibus
liquet. nequaquam redemptoris ma
trem. ex ei in natiuitate maculam con
traxisse. qua illorum dierum spatio
a sacris edibus abstinens purgaretur.
quae sine humana concupiscentia
sine humano concubitu uirgo con
cepit. sine aliqua carnis corruptio
ne uirgo peperit. & sine fine uirgo
p mansit. ac per hoc nec masculus
eius ex ea natus. uulua eius ape
ruit. Sed hoc iuxta legis narrationē

euuangelista contexens. claudit impi
 is sacramentum diuinae incarnationis.
 matremq. legem obseruantē introducit.
Sed nec mirum si mater obseruaret le
 gem. quam eius filius non uenerat sol
 uere sed adimplere. Sciebat enim.
 quo ordine conceperat. quo usu pe
 pererat. & quis esset quem genuerat.
Sed legem communem obseruans. ex
 pectauit purgationis diem. caelauit
 filii maiestatem. Hinc ē quod eum in
 templo duodecim annorum inter doc
 tores legis inueniens. filium ioseph uo
 cat dicens. fili. quid fecisti nobis sic.
 ecce pater tuus & ego. dolentes quere
 bamus te. Quem pculdubio sciebat
 sine concubitu concepisse. sine cor

ruptione uirginali edidisse. Sed cur ab
scondit conceptionis ac natiuitatis illius
sacramentum. quem nouit dñm in men
sum. Numquidnam quia inuidit
aluis. quem ad templum deferens. sc̄i
senis tradidit manibus. Absit. Sed ut
sp̄u pphetiae repleta. redemptionem
mundi non aperit. Sciebat enim iam
tunc gr̄a plena. sp̄u diuinitatis afflata.
quia si hunc huius sc̄li principes ag
nouissent. numquam p salute nostra
crucifixissent. Effert ergo beatissima
uirgo tamquam legem obseruans in tē
plo quem edidit. ut non omnibus
sed paucis reueletur. Quis est quem
genuisti. Appareat interim lapis hu
milis. abscisus de monte sine manib.

ut reprobetur a edificantibus. usquequo
 statuam in pedibus. percussiens. crescat in
 montem magnam. impleatque uniuersum
 orbem terrarum. O quam paruus. o quam
 magnus est. quem peperisti. Paruus in hu-
 manitate. magnus in diuinitate. Paruus
 in regno iudaeorum. magnus in regno
 gentium. Sed non ab omnibus in regno iu-
 daeorum paruus aestimatur. Nam & ipsa
 quae hunc genuisti. ex ipso populo israhel.
 in uirgam creuisti. Uirga enim de radice
 iesse surrexisti. & floruit in uirga aaron.
 fronduit. & nucem peperisti. & quam
 pro omnibus in mensitatem eius agnouis-
 ti. quem tam paruissimum exte natum
 uidisti. Procul dubio quem infantem genu-
 isti. deum omnipotentem tremens adorasti.

adorans tremuisti. quem uen quia
scdm humanitatem filium recognouisti.
lactasti. fouisti. aluisti. Quis putas no
bis possit indicare inter huiusmodi
obsequia. animi tui sensum. O beatis
sima uirgo. cum hinc cerneres. exte
natum tantillum infantem. illinc ad
tenderes dñm in mensum. hinc creati.
illinc creatorem. hinc infirmum. il
line fortissimum. hinc alendum. il
line alentem. hinc non loquentem. il
line angelos docente. Quis inquam
tui pectoris archana nobis reserare ua
leat. Quib. modis cogitatum adu
traq. flectebas. cum unum eundemq.
dñi atq. hominis filium manib. tenens.
hinc adorares ut dñm. illinc osculareris

ut paruulum. Quis ad tam ineffabile
 miraculum non obstupescat? Quis non
 pene elinguis fiat? Generat puella su-
 um & omnium creatorem. nutrit suū
 & omnium nutritorem. portat ad tem-
 plum. suum & omniū rectorem. O ad-
 mirandum spectaculum. ad quod n̄ so-
 lum humana. uerum & iam angelica
 stupescit natura. Ad haec fr̄s karis-
 simi fidei oculos erigite. ad haec pie-
 tatis affectu conuenite. Ibi xpm sus-
 cipite. p uobis in carne humiliatum.
 sed adorete in sua diuinitate d̄m ex-
 celsum. Amplectimini paruulum. si-
 cogitate inmensum. Amate humilia-
 tum. sed timete excelsū. Iam uero di-
 lectissimi si querit̄. quid mystice sig-

nificatum fuerit in eo quod redemptor
nr̄ amatre & parentib. exciuitate ppria
in hierusalem. ad templū dñi portari se
uoluit. in uenimus ipsam gloriosam ma
trem & uirginem. eiusq. ppinquos. figu
ram gessisse illius aecclae quae ex iudea
in aptos credit. Quando enim aecclā
non uirgo. cuius membra apls̄ affatur
dicens. Despondi uos uni uiro uirginē
castam exhibere xp̄o; quando ipsa non
mater. de qua per psalmistam dicitur
mater syon dicet homo. & dñs in euuan
gelio. Quicumq. fecerit uoluntatem pa
tris mei qui in caelis ē. ipse meus fra
ter & soror & mater ē. Quando electi. n̄
ppinqui fratres & sorores sunt appella
ti. Mater itaq. ac ppinqui redemptorē

6

nrm anahareth in hierusalem adtem-
 plum dñi deferunt. quia primitia il-
 la in primis discipulis aecclā a iudeis
 repulsa. eiusdem redemptoris dispensa-
 tionem. ad notitiam gentium perduxit.
 Ipsa enim aecclā non solum ex gentib.
 uerum & iam ex iudeis hierusalem
 idest uisio pacis recte uocatur. de qua
 per psalmystā dicit̃. Hierusalē q uae
 aedificatur ut ciuitas. cuius participa-
 tio eius in id ipsum. Ipsa & templū
 sicut per paulum fidelib. dicitur. Tem-
 plum dī sanctum ē quod estis uos.
 Ne per hoc cum apti ex iudea xpm
 adnunciantes ueniunt ad gentes. ni-
 mirum & hierusalē ad hierusalem
 & templum ad templum. occurrit.

50

cum hi omnes una sint hierusalem
ciuitas. unum & templum. In hac itaq;
ciuitate atq; in hoc templo. ab aposto
lis oblatus xpc suscipitur. Unde ipsa
a ecclesia psalmystae uoce dō patri lo
quitur dicens. Suscepimus dñs miseri
cordiā tuā in medio templi tui. sub au
dis in medio ecclesiae quae ē templū
tuum. Siue autem iuxta historiam.
siue iuxta mysticum intellectum. cur
xpc a parentib; ad scām ciuitatem & tē
plum ducatur. causa manifestatur
cum subditur; ut darent hostiā. scdm
quod dictum ē in lege dñi. paruitu
rum. aut duos pullos columbarum.
Preceptum siquidem legis fuerat. ut
sicui forte agnus defuisset. & unā

horum. idest aut parturiturum aut du
 os pullos columbarum inuenisset. dō
 oblationem filii offerret. nec preiudica
 retur ex altero. qui unum quodlibet ho
 rum obtulisset. Sed quia uterq. xpi ae
 etae que sacramenta significant. cre
 dendū ē utrumq. ad sacrificium matrē
 inuenisse. atq. obtulisse. Deniq. in hac
 oblatione auuum. illa prefigurabatur
 oblatio. quae p salute mundi oblata est
 uespera diei. dñi uidelicet passio. per
 quam sumus dō reconciliati. De hac
 quippe hostia per paulum fidelib. dicit̃.
 Ambulate in dilectione. sicut & xpc di
 lexit nos & tradidit semetipsū p nobis
 oblationem & hostiam dō in odorem
 suauitatis. Et rursus. Qui dilexit me

inquit. & tradidit se ipsum pro me. Quia
uero omnes delecti membra sunt xpi. In
turture scilicet & turtures. atq; in columba
columbae. Designat etiam haec oblatio
mortificationem delectorum. quibus per
eundem aptum dicitur. Obsecro uos per
misericordiam di. ut exhibeatis corpo
ra uestra. hostiam uiuentem. scam.
do placentem. rationabile obsequium
uestrum. Sed nulla potest esse mortifi
cationis accepta do oblatio. in quibus
non fuerit uerae fidei castitas. uerae
caritatis concordia. Proinde non sine
causa sacrificium quod pro dno mystice
oblatum perhibetur. ex turturibus &
columbis fuisse narrat. In turture enim
castitas. in columba caritas comendat.

Turtur namq. intemeratam seruat uni
 uiro fidem. Columba uero. aliarum
 cohabitantium non deserit unitatem.
 Catholicus igitur xpianus. tunc uere
 spiritalis turtur efficitur. si ueram tri
 nitatis fidem. firma credulitate con
 seruet. & heretice prauitatis sensum.
 tamquam fornicationis inquina
 menta repudiet. Tunc uere erit co
 ● lumba. si longanimiter usq. ad fi
 nem catholica societate permaneat
 & contra temptationum scandala in
 mobili firmitate persistat. Ut nec
 heretica fornicatio corrumpat in
 corde fidei castitatem. nec amara
 dissensio. aeclesiastice caritatis dis
 sipet unitatem. Haec enim aecclia

catholica. que fidem uni dño tamquã
legittimo uiro conseruat. & congrega
tionem multorum infide multipli
cat. Sequitur. Et ecce homo erat in
hierusalem cui nomen symeon. &
homo iste iustus & timoratus. ex
spectans consolationem isrl̃. & sp̃s
sc̃s erat in eo. & responsum accepe
rata sp̃u sc̃o. non uisurum se mor
tem. nisi uideret xp̃m dñi. Et ue
nit in sp̃u in templum. Nihil mi
nus de sc̃itate ista specialiter homi
ni ascribitur. qui & in hierusalem
idẽ uisione pacis commemoratur. &
fidei operatione iustus. & reueren
tia timoratus & israhel consolati
one attonitus. & sp̃u sc̃o repletus.

eiusq. responsione de incarnati uerbi
 uisione roboratus fuisse perhibetur.
 O quam ardenti desiderio homo iste
 expectabat secundum sp̄s sc̄i pro
 missionem. uidere in carne redemp
 torem. Quae putamus fuerit instan
 tia orationis eius. quae diuino res
 ponso meruit firmari de his quae
 petebat. Quae erant eius gemituum
 continuata uerba in sc̄a deprecatione.
 Non enim in petendo cessauit usque
 quo responsum acciperet super his
 quae poscebat. fuerunt siquidē
 in retroactis temporibus multi si
 mili desiderio accensi. dñō attes
 tante. qui ad discipulos ait. Mul
 ti reges & prophete. uoluerunt

uiderere quae uideatis & non uiderunt
& audire quae auditis & non audi
erunt. Sed hoc isti soli concessum ē
qui in plenitudine temporis. hoc
ultimus apparuit. Sed si uigilanti
studio subsequendum scōrum ad
tendimus desiderium. quib. xp̄c
uiuere ē. & mori lucrum. inuenim̄
eos non minoris anxietatis ardore
diuinitatem eiusdem saluatoris in
tueri uelle. quam ille concupiuit
inspicere carnem. Hinc paulus dicit.
Cupio dissolui & esse cum xp̄o. multo
autem melius. Hinc psalmista ex
persona ecc̄lae dicit. Situit ani
ma mea ad d̄m uiuum. quando
ueniam & parebo ante faciē d̄i.

Quis ergo iam hinc non uideat in uno
 sermone multos. per unum cunctos sig-
 nificari a electos. qui nunc isti ex fide
 atq. operatione. & timorati ex futura ex-
 spectatione. & attoniti inueniuntur ex
 futura consolatione. In quibus & iam sp̄s
 sc̄s in esse cognoscit. quia & per ap̄tm
 dicitur. Caritas d̄i diffusa ē in cordib.
 n̄ris. per sp̄m sc̄m. qui datus ē nobis.
 Et rursus fidelibus dicit. Corpora ūra
 templum sunt sp̄s sc̄i quem habetis
 ad d̄o. Quiq. responsum accipiunt a sp̄u
 sc̄o non se uisuros mortem. nisi uide-
 ant xp̄m. quia in hac adhuc corrup-
 tibili uita. eiusdem sp̄s sc̄i gr̄a reuelan-
 te apertis fidei oculis. eum qui se cum
 illis usq. in finem sc̄li mansurū esse

repromisit aspiciunt. non iam carne par
uulum. sed diuinitate immensum. Qui
& iam cum aplo dicunt. Et si noueramus
xp̄m secundum carnem. sed iam nunc
non nouimus. Habitat & iam isti in
hierusalem. atq. in sp̄u intemplum quo
xp̄c inducitur ueniunt. Ipsi enim sunt
& templum. qui ueniunt intemplum.
in quibus & a quibus xp̄c excipit̄. Breui
ter fr̄s ista p̄currimus. nedum quae
sunt huius diei sacramenta. quodq. sc̄m
piumq. preconium. indicare stude
mus. cuiuslibet in fastidium ueniam.
S equit̄. Et cum introducerent puerū
ih̄m parentes eius. ut facerent sc̄dm
consuetudinem legis p̄ eo. & ipse acce
pit eum in ulnas suas & benedixit d̄m

& dixit. Nunc dimittis dñe seruum
 tuum scdm uerbum tuum in pace.
 quia uiderunt oculi mei salutare tu
 um. Hinc unius. hinc multorum. im
 mo & iam omnium adimpletur

expectatio iustorum. Sed dicam
 prius de uno. & sic loquamur de omni
 bus. Cupimus enim ad hoc studiū ūrm
 inflectere. ut quod dicit̃. de omnibus.
 de uno ueraciter sentiatur. Et ecce dum
 specialiter de uno uenerabili sene cupi
 mus loqui. occurrit predicanda uirgi
 nis prudentia. non humana industria
 fulta. sed spū diuinitatis afflata. que fi
 lium oblatura ueniens. sua eq. naturae
 humilitatem seruans. p phetae tradi
 dit manibus offerendū. Non ignara

quis & qualis esset. cuius manibus
dñm hominemq̄ tradebat sacrificio
dedicandum. Offert autem dñm p̄phe
tarum p̄phetar. offert unicum uni. im
mo omnib. in uno. quae omnibus eun
dem peperit saluatorem. Non enim
desinat nec usq̄ offerre quem genuit
cum suis sc̄is interuentionibus eun
dem electis uniri redemptorem facit
& ut uerum fatear. materno affectu
id ipsum piissima facit. Omnes enī
filios deputat. quos diuina gr̄a xp̄o ^{genuit.}
Quando non ipsa mater a electorum.
quae fratrem genuit eorum. Si in
quam xp̄e credentium frater. cur
non ipsa quae xp̄m genuit. sit cre
dentium mater. Quam obrem bea

tissima uirgo. offer nobis xpm piis
 suffragiis. quae nescis inuidere filiis.
 Sed nec attendas filiorum iniurias. a
 quibus non ut dignum est honoris. To
 lerat pia mater in reuerentiam filioru.
 quia amore uincit generationis. Foue
 ergo & sitanti meriti indignos piis ora
 tionib. quos in uno genuisti. Depreca
 re unicum filium. p excessib. multoꝝ
 filiorum. Sed iam fratres karissimi
 xpm in ulna suscipiens. qd unus spe
 cialiter dicat audiamus. Ait enim.
 Nunc dimittis seruum tuum dñe. se
 cundum uerbum tuum in pace. quia
 uiderunt oculi mei salutare tuum.
 Ac si diceret. Longa me expectatione
 fatigasti. diu retinuisti. sed tandem

uisum quem exspectavi. iam dehu
manae uitae scandalis in pace dimit
tis. DIMITTIS IN PACE. quia scđm pro
missionem tuam. per incarnati uer
bi mysterium solutis inimicis tibi
merui reconciliari. DIMITTIS IN PACE.
quia uideo pacem. Ipse ē enim pax
nra. qui fecit utraq. unum. Hoc de
niq. & omnes aelecti dicunt. qui xp̄m
in ulnas suscipiunt. qui fidei oculis
salutare dī conspiciunt. Quid enim
ē xp̄m in ulnas suscipere. nisi pius
hunc operibus in membris suis am
plecti. Pulnas enim idē brachia. uir
tus operationis exprimitur. Cum
enim in alio esurientem xp̄m faci
ant. In alio sitientem potant. In alio

hospite suscipiunt. in alio nudum
 operiunt. in alio infirmum uel in car
 cere positum uisitant. His p̄culdubio
 deuotis actionib. tamquam brachiis cot
 tidie eundem ipsum puerum amplec
 tuntur. Et quia haec agentes. illum
 suscipere in his plena fide cognoscunt.
 illum se in his uidere non dubitant. qui
 dixit. Quamdiu fecistis uni de his mini
 mis meis. mihi fecistis. Atq. eisdem ope
 ribus ut ad pacem dī redeant. a pecca
 ti scandalo ab solui se credunt. Recte
 idem exclamat dicens. Nunc dimit
 tis seruum tuum dñe. scđm uerbum
 tuum in pace. quia uiderunt oculi
 mei salutare tuum. Ac si a electi di
 cant. Ideo nos a peccati scandalo scđm

promissionem tuam absolvens. iam
in pace reconciliatos. passibus amoris
propinquare caelestibus facis. quia fidei
oculis salutare tuum. idest dñum ihm
xpm. in membris eius intueri. eumq.
piis operibus amplecti meruimus.
De quo ^{qđ} adhuc siue ille siue isti dō patri
dicunt. quod parasti ante faciem om
nium populorum. Nisi a toto pars in
tellegenda sit populorum. quae sal
uatorem in carne uiderit. iuxta lite
rae rationem non stabit. qui^a eum nec
carneis nec fidei oculis omnes popu
li conspexerunt. Ante faciem ergo om
nium hoc salutare dicitur preparatū.
quia ex omnibus populis in eum cre
diderunt qui eum credentes fidei oculis

aspexerunt. Nam quod dominus thome
 dicit. quia uidisti me thomas cre
 disti. beati qui non uiderunt & cre
 diderunt. hoc de uisione corporali
 locutus est. De quo & subditur. Lumen
 ad reuelationem gentium & gloria
 plebi istae israel. Hoc utique lumine
 de tenebris reuelate. hoc inuentae.
 hoc illustrate sunt gentes. sicut scrip
 tum est. Gentium populus qui ambu
 labat in tenebris. uidit lucem magnam.
 Sedentibus in regione umbrae mor
 tis. lux orta est eis. De hoc lumine
 iohannes a euangelista testatur dic^{ens}.
 Erat lux uera. quae illuminat om
 nem hominem uenientem in hunc
 mundum. De hoc in epistola sua

dicit. *D*s lux e & tenebrae in eo non
sunt ullae. De hoc lumine idem in
acu uangelio ait. Lumen uenit in mun
dum. & dilexerunt homines magis *tenebrae*
quam lucem. Et iterum. Quam diu
sum in mundo. lux sum mundi.
Quodq. cum sit & iam gloria gentiu
in eo. ad gloriam isrl dicitur pparatu.
quia siue in patriarchis. prophetis. atq.
aplis. Immo & iam in ipso omnium
capite xpo. siue in aelo quis di. am
plius gens illa quam gentes glori
osa monstratur. / Apto attestante
qui ait. Qd ergo amplius e iudaeo.
aut quae utilitas circumcisionis.
Mutum per omnem modum. Pri
mum quidem. quia credita sunt

illis eloquia dī. Et rursus. Quorū
 adoptio ē filiorum & gloria & testa
 mentum & legis latio & obsequiū
 & pmissa. Quorum patres & ex quib;
 xpc secundum carnem. qui ē bene
 dictus in saecula AMEN. Sequitur.

Et erat ioseph & maria mater eius mi
 rantes super his quae dicebantur de
 illo. Quib; mirantib; & iam nos ipsi
 miramur. cur ipsi sint super his
 quae de illo ap pheta scō dicebantur
 mirati. Numqd enim ioseph iam
 in somnis non audierat. Ioseph fili
 dauid noli timere accipere mariā
 coniugem tuam. Quod enim in ea
 natum ē. de spiritu scō ē. Pariet au
 tem filium. & uocabis nomen eius

ih̄m. Ipse enim saluum faciet popu-
lum suum a peccatis eorum. Numquid
& ipsa sacratissima uirgo. quae salua
uirginitate. filium genuisse se sciebat
priusquam conciperet. ut ^{pareret} conciperet
ab angelo non audierat. Huc gr̄a ple-
na dñs tecum. benedicta tu inter mu-
lieres. S̄ps sc̄s sup̄ ueniet in te & uir-
tus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq;
& qd̄ nascetur ex te sc̄m uocabit̄ fili-
us dī. Qd̄ ergo admirantur super
his quae de illo narrantur. nisi quae
caeteris mirantib. ut sacramentū im-
p̄is occultent quid sibi uelint talia
quae de illo tantillo ab homine sene-
dicuntur. & ipsi mirantur. Sed audi-
ant de illo potiora. Deniq; sequitur.

Et benedixit illis symeon. & dixit ad
 mariam matrem eius. Ecce positus
 est hic in ruinam & in resurrectionem
 multorum in isrl & in signum cui
 contra dicitur. In una redemptoris
 nri di hominisq. persona. pfecta
 di. perfectamq. hominis inesse con
 fitemur naturam. Et ex una qui
 dem dnm. ex altera seruum. ex una
 fortem. ex altera infirmum. Ex una
 magnum ex altera paruum. Ex una
 creatorem. ex altera creatum. Ex una
 pascentem. ex altera esurientem. Ex
 una recreantem. ex altera sitientem.
 Ex una miraculis coruscantem. ex al
 tera iniuriis succumbentem. Ex una
 uiuificantem. ex altera morientem.

Ex una uiuificantem. & ex altera p̄ di
camus hunc ^{1^{re}} suscitatum. Et cum
aliud in eo sit dñs. aliud seruus.
aliud fortis. aliud infirmus. ali
ud magnus. aliud paruus. aliud
creans. aliud creatus. aliud pascens.
aliud esuriens. aliud recreans. ali
ud sitiens. aliud miraculis corus
cans. aliud iniuriis succumbens.
aliud uiuificans. aliud moriens.
aliud resuscitans. aliud resuscita
tus. non tamen alius dñs. alius
seruus. alius fortis. alius infir
mus. alius magnus. alius paruus
alius creatus. alius creans. alius
pascens. alius esuriens. alius recre
ans. alius sitiens. alius miraculis

coruscans. alius iniuris succum
 bens. alius uiuificans. alius mori
 ens. alius resuscitans. alius resusci
 tatus. Sed unus idemq. di atq. homi
 nis filius. ex uno ut dictum ē dñs.
 ex altero seruus. ex uno fortis. ex alte
 ro infirmus. ex uno magnus. ex alte
 ro paruus. ex uno creans. ex altero
 creatus. ex uno pascens. ex altero
 esuriens. ex uno recreans. ex alte
 ro sitiens. ex uno miraculis corus
 cans. altero iniuris succumbens.
 ex uno uiuificans. ex altero mori
 ens. ex uno resuscitans. ex altero
 resuscitatus intellegitur. Quiq. an
 te oculos mortalium positus. ex
 uno uenerabatur ut dñs. ex altero

despiciebatur ut homo Deniq. cū
hunc iudaeorū populus. cerneret
de quinq. panib. quattuor milia
hominum pascentem. infirmos
curantem. leprosos mundantem. ac
mortuos suscitantem. dñm esse arbi
trabantur. Rursum cum eundem as
picerent esurientem. sitientem. las
sescentem. dormientem. atq. iniuri
is subcumbentem. purum esse homi
nem suspicabantur. Et haec quidē
apud incertas turbas. sed non apud
discipulos. Neq. enim in cordibus se
ta uariabatur. qui illius assiduis pri
uatisq. fruebantur. Quib. & ab ipso
dicitur. Uobis datum ē nosse myste
rium regni dī caeteris autē inpara

bolis. ut uidentes non uideant. & au-
dientes non intellegant. At ubi uen-
tum ē ad passionem mortis. perit
fides. ablata ē omnium spes. Deniq[ue]
ut euuangelista testatur. omnes
eo relicto fugerunt. Ex quib[us] dum
unus uinctum a longe sequitur. ad
atrium perueniens. eundem recog-
nouisse se denegat. Et quis in
mortis passione illo ruente non
rueret. cum eius amator. cum au-
dus eius imitator. unius ancillae uo-
ce perterritus. non semel sed ter
abnegauerit. Sed in carne amortu-
is resurgente. resurrexerunt in ani-
ma discipuli. Utrumq[ue] autem an-
te passionem eius eadem redemp

tor qua tradebatur nocte in disci-
pulis somno perfidiae lapsis. ac re-
suscitatione eiusdem redemptoris
designatum ē. Mortis ergo eius. facta
ē ruina multorum. Resurrectio ue-
ro. multorum uita. Dicatur itaq.
Ecce positus ē hic in ruinam. & in
resurrectionem multorum in is-
rahel. Ac si diceretur. Eo morien-
te multi exstantibus ruerunt. Eo
resurgente. multi ex lapsis resur-
gent. Quia uero illo quidem mo-
riente multi ruerunt. & illo re-
surgente multi resurrexerunt.
Sed in eum qui ex mortuis resur-
rexit. non omnes crediderunt.
Recte subiungitur. Et in signum

cui contradicetur. Quod enim signa-
 mus. ab aliorum noticia abscondim.
 Quid autem ante fidelium oculos.
 aliud fuit caro redemptoris. quam
 quod clam diuinitatis eius sigillū
 absconsionis. Insignū itaq. redemp-
 tor n̄r positus fuit. Sed cui nisi
 illi contradictum fuit. Quae cau-
 sa contradixit. Quid contradixit.
 Ut autem tamquā interroganti cui-
 libet breuiter respondeam. Quae
 causa contradixit. nisi mors carnis.
 Quid contradixit. nisi non esse d̄m.
 qui mori potuit ab hominib. ut
 homo. Cui contradixit. nisi om-
 ni incredulo. Quae uidelicet con-
 tradictio. quibusdā uersa ^{est} in stul-

ticiam. Apto attestante. Nos autem
predicamus xpm. iudaeis quidem
scandalum. gentibus autem stultitiam.
Sequitur itaque uenerabilis senex iustus
ac propheta dei. & dicit matri ihu.
Et tuam ipsius animam pertransi
bit gladius. Ut reuelentur ex mut
tis cordibus cogitationes. Sol & non
numquam in scriptura sacra. gladii
nomine temporalis tribulatio figu
rari. psalmista attestante. qui in
latus a persecutoribus passiones. in
ipsum exoptat reflecti dicens. Gla
dius eorum intret in corda ipso
rum. Hinc idem psalmista de io
seph loquitur. dicens. Ferrum per
transiit animam eius. donec

ueniret uerbum eius. Tam diu fuit
 in illa seruitutis ut carceris tribu-
 latione. donec qd̄ praedixerat futu-
 rum uenire. Sed nec aliud hoc
 loco per gladiū intellegimus figura-
 ri; quamquam autem multae tri-
 bulationes animam transfo-
 d̄ erit beatissimae uirginis. illa
 tamen hic  specialiter designa-
 tur. quae  dño in cruce mo-
 riente. materna uiscera transfixit.
 Dicitur itaq; eidem ascō p̄pheta Et
 tuam ipsius animam p̄ transibit
 gladius. ut reuelentur ex multis
 cordib; cogitationes. Ac si dicerēt.
 Maternis uisceribus transuerberaris
 gladio tribulationis. Videbis in

cruce pendente. quem angelo nun-
ciantē uirgo concepisti. manente
uirginitate filium edidisti. quate-
nus per hoc factum. & iudeorum
insultantiū iniquitas. & discipulorū
fugientium infirmitas denudēt.
¶ Deniq. illo in cruce pendente. iudei
presentes insultabant ut descen-
deret. A p̄ti fugi-entes de
cruce illum pos- se descen-
dere non credebant. Quae ut fie-
rent. necesse fuit materna piag.
uiscera. ex eiusdem redemptoris
passione gladio tribulationis trans-
figi. Sed iam ista ut coepimus qd
typice significant breuit̄ demon-
stremus. Quis enim intra sc̄am

aeternam constitutus non uideat in
 morte redemptoris nri. illos cadere
 qui hunc aut solummodo homi-
 nem mortalem fuisse. aut ueram
 carnem in passione uel in resur-
 rectione non habuisse asseuerant.
 Et quis in eius resurrectione n̄ con-
